



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istorია

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXIII. Quomodo idolorum cultum prohibuit, martyrum autem festa honoravit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

CAPUT XXII.

Studium precandi & cultus festi Paschalis.

Ipse vero utpote sacrorum mysteriorum particeps, in intimis palatii sui penetralibus quotidie stans horis sese includens, remotis arbitris solum cum solo colloquebatur Deo; & in genua provolutus, ea quibus opus haberet supplicii prece postulabat. In ipsis autem salutiferæ festivitatis diebus, disciplinæ atque exercitationum vigorem intendens, cunctis animi & corporis viribus collectis, pontificis atque hierophantæ munere fungebatur. Et ipse quidem ceteris omnibus præibat ad festi celebrationem. Sacram autem vigiliam in diurnum splendorem converterat, accensis tota urbe cereorum quibusdam columnis per eos quibus id operis erat injunctum. Lampades quoque accensæ cuncta passim loca illustrabant; adeo ut hæc mystica vigilia quovis vel splendidissimo die splendidior redderetur. Simul verò ac dies illuxerat: Servatoris nostri beneficentiam imitari studens, universis gentibus, provinciis ac populis largam manum porrigebat; opulentissima donans omnibus munera.

CAPUT XXIII.

Quomodo idolorum cultum prohibuit, Martyrum autem festa honoravit.

Hoc igitur modo ipse Deo suo sacrificabat. Ceterum cunctis sub Romano Imperio degentibus, tam plebeis quam militibus, occlusæ erant fores cultus simulacrorum, & quodvis sacrificiorum genus interdictum. Missa quoque lex est ad Præsides provinciarum, ut diem dominicum etiam ipsi venerarentur. Idem festos martyrum dies jussu Principis observabant, & Ecclesiasticarum festivitatum tempora debito honore prosequerentur. Quæ quidem omnia summo cum Imperatoris peragebantur gaudio.

CAPUT XXIV.

Quod verum externarum quasi Episcopum se esse dixit.

Quocirca non absurdè, cum Episcopos aliquando convivio exciperet, se quoque Episcopum esse dixit, his ferè verbis usus nobis præsentibus. Vos quidem, inquit, in iis quæ intra Eccle-

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ΄.

Σπουδή προσευχῆς ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς ἱερῶν ἀρχῇ.

Αὐτὸς δ' οἰάμις μέτοχος ἱερῶν ἀρχῶν, ἀπορρήτοις εἰσὼ τοῖς αὐτῆ βασιλευσιν ταμείοις, καιρῶς ἐκάστης ἡμέρας ταπεινῶν αὐτὸν ἐγκλείων, μόνῳ μόνῳ τῷ αὐτῆ σωμίλει Θεῷ. ἰκετηκαίς τε δέησιν γυναικῶν, καὶ ἐδυσώπειων ἐδέετο τυχεῖν τῶν ζωηρίων ἐορτῆς ἡμέρας. Ἐπιτενω τὴν ἀσπίδα πάση Ρ' ὀμη ψυχῆς καὶ σώματι. Ἐπίστασι Φαντίας ἐτελείτο, ὡδὲ δὴ τοῖς πᾶσι τῆς ἐορτῆς Ἐξάρχων. τὴν δ' ἱερωὴν διανυκτέρευον καταβαλλεν εἰς ἡμερῶν φῶτα, κηρῶν κίονας ἐκλοτάτες καθ' ὅλης Ἐξαπλόντων τ' πόλεως ἐπιτέτω τεταμένων λαμπάδες δ' ἦσαν ἕως πάντα φωτίζουσα τόπον. ὡς λαμπρῶν ἡμέρας τηλαυγέσσαν τῶν μυστικῶν διανυκτέρευον ἀπολεείδω διαλαβόντες ἡμῶν σωτηρίας ἐνεργείας μιμέμεν, πᾶσι νεσιν λαοῖς τε καὶ δήμοις, τὴν εὐεργεσίαν ὡς πλὴν δέξιαν, πλῆσσια πάντα τοῖς πᾶσι ἐμῶν.

B

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ΄.

Ὅπως ἀδολογατεῖαν μὴ ἐκάλουσι, μάχη δὲ ἐξ ἱερωτῶν ἐτίμα.

Ὅτῳ μὲν οὖν αὐτὸς τῷ αὐτῆ νερῶν Θεῷ καθόλης δὲ τοῖς ὑπὸ τῆ Ρωμαίων δέξιαν δήμοις τε καὶ στρατιωτικοῖς, πῶν ἀποκλείοντες εἰδωλογατεῖας, θυσίας τε τῆς ἐορτῆς πηγορέετο πᾶς καὶ τοῖς κατ' ἔθνη δ' ἀεγρῶν ὁμοίως τὴν κυριακὴν ἡμέραν νόμος ἐδωκεν γεραιεῖν τῶν νεύματι βασιλείας καὶ μαστιγῶν ἡμέρας ἐπίμων, καιρῶς δ' ἐορτῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐδόξαζον πάντα τε βασιλεῖ κατὰ θυμῶν τῶν αὐτῶν ἐπράθητο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ΄.

Ὅτι τ' ἔξω πραγμάτων, ὡς πρὶν ἐπίστασι ἑαυτῶν εἶπεν εἶνα.

Ἐθελον εἰκότως αὐτὸς ἐν ἐνάσει ποτὲ δέξιαν ἐμῶν Ε' πσκοπῶν, λόγον ἀφῆκεν ἑαυτῶν εἶη καὶ αὐτὸς Ε' πσκοπος. ὡδὲ πη αὐτοῖς εἶπεν ἡμῶν ἐφ' ἡμετέρας ἀκοαῖς, ἀλλ' ὑμῶν μὲν τῶν